

Herzog Albrechts Briefe an Johann Laski.

Von

Lic. Dr. **Theodor Wotschke.**

II. (Schluß.)

IX.

Accepimus literas R. Gtis V., quibus tam sui ex Frisia discessus quam mutatae ibidem religionis seriem statumque commemorat*). Ac primo sane dolenter cognovimus non minus tragicam ecclesiae mutationem, quam R. Gtis V. affectam corporis valetudinem, quam ut divinitus restitutum iri speramus, sic aeque persuasum habemus, deum per R. Gtem V. tanquam fidum verborum suorum ministrum excellentius adhuc quiddam fortasse apud alios operaturum, quod sane non obscure tam honorifica ovium suarum, quibus praefuit, dolentium et lacrimantium missione testatum voluit. Ac cum in ea ipsa rei gestae narratione nobis transmissa nihil elucescat aliud quam deploranda humanae sapientiae infirmitas temere de rebus divinis sentientis, ita orandus est deus, ut ecclesiam misere fluctuantem hisce periculosis tempestatibus tanquam Petri naviculam conservet a falsis opinionibus tueaturque. Quem sane coetum sibi aliquo in loco collectum tandem defensurum certo statuimus precibusque nostris assidue contendimus.

Quae de impetrando a seren. Poloniae rege testimonio R. Gtis V. scribit seque ea de re tam ad s. r. suam maiestatem quam seren. reginam Bonam**) scripsisse

*) Vergl. Laskis Briefe an den Herzog vom 18. September und 21. Oktober 1549 bei Kuyper II S. 628 ff. und 633 f.

**) Die ablehnende Haltung der Königin Bona Sforza gegenüber der Reformation ist bekannt. Vergl. Wotschke, Culvensis, Altpre. Monatschrift Bd. 42 S. 156. Aber wie Culvensis hat sie doch manchem bekannten Evangelischen ihre Huld nicht versagt. Warschau, den 23. Sept. 1551 schreibt sie dem Herzog Albrecht: Quod Ill. D. Vra a nobis contendit, ut secundum inclusam supplicationem pro Guilelmo quodam Krzynezcki Bohemo preces nostras interponeremus apud ser. regem Romanorum, nos ut aliis omnibus in rebus lubenti animo Vrae Ill. D. gratificari consuevimus, ita certe et in hoc nunc promptam voluntatem nostram ei testatam facere volumus atque ita scripsimus accurate in eo negotio ser. regi Romanorum pro supradicto Guilelmo, quas ecce literas cum his mittimus in manus Ill. D. Vrae.

Warschau, den 23. März 1553 antwortet sie auf ein Schreiben des Herzogs vom 28. Dez. 1552: Datae sunt nobis literae hisce diebus ab Ill. D. Vrae, quibus



annectit, in eo quidem libenter R. G^o V. gratificaremur, sed istae literae cum ad nos perlatae non sint, non videmus, qua ratione citra earum adminiculum petere id commode a s. r. maiestate possimus. Scripsimus autem de his Hermanno a Bomlen*), quas ubi acceperimus, nihil equidem de nostra in R. G^{em} V. benevolentia desiderari sinemus. Tumultus in Anglia excitatos perturbato sane accepimus animo, praesertim quod insidias diaboli ecclesiae structas piis non deesse intelleximus, qui ut aegre detrahi sibi quicquam de suo patitur, ita diligenter agit excubias, si quem ecclesiae scrupulum iniicere possit. Persuasum autem nobis habemus, agnita Anglos veritate divinum imploratuos auxilium, ut seditiosa sathanae consilia et conatus perniciosi frangantur. Quemadmodum iam divinitus profligato rusticorum exercitu seditionibusque ibidem sedatis ita accidisse ex posterioribus R. G^{is} V. literis cognovimus. Ac porro etiam ecclesiae membra ab insidiis diaboli salva fore nec honori suo deum quicquam detrahi passurum plane confidimus.

Quae R. G^{as} V. de non speranda inter Anglos et Gallos pace per rev. episcopum Cantuariensem scripta nobis communicat, ea sane cognitu nobis difficillima fuere, praecipue si ita esset, ut penes Anglos, quominus ad foedera pacis iretur, staret. Si enim pacis quascumque etiam conditiones recipere, ubi possint, neglexerint, veremur, cum christianorum nomen profiteantur, ne hoc de illis sinistre capiatur, cum eos, qui Christo sunt initiati, persecutionibus et cruci subiectos esse oporteat idque non tam nomine quam re ipsa tranquillitatis sc. anore et patientia testari teneantur. Itaque cum eos puram evangelii et ministerii divini fovere doctrinam intellexerimus, speramus fore eos suae professionis memores rebus ita omnibus consulturos, ne qua ratione reici in eos culpa possit, quamquam satis iustae sint causae ultro citroque, quemadmodum R. G^{as} V. meminit, agitatae nec adhuc cessent consilia ad irritanda ista duo regna maxime prona, ut non parum referat, Anglos pacis conditiones non recusare.

Expositionem comitum a Mansfelt**) licet non impugnemus, tamen non putassemus rem aliter, quam mentis nostrae erat sententia, acceptum aut praeter

nobis concionatorem suum Joannem Seclucianum commendavit. Is si fuisset apud nos, quemadmodum Ill. D. V^{ra} innuit ipsis idem literis suis, exhibuissemus illi libenter tanquam et ab eadem Ill. D. V^{ra} commendato et quemadmodum personae tali conveniret gratiam et benevolentiam nostram. Quamvis autem non fuerit apud nos, fecimus tamen ei tantum gratiae absenti, quantum debuimus.

*) Laski schreibt in seinem Briefe vom 10. August 1549 bei Dalton Bemelius, in seinem Briefe vom 25. April 1550 bei Kuyper Bomelius.

**) Der von Karl V. geächtete Volradt von Mansfeld war 1548 in Königsberg gewesen und hatte für ein Bündnis der deutschen Fürsten gegen den Kaiser geworben. Unter dem 15. Juni 1548 hatte ihn Herzog Albrecht an den König von Polen, unter dem 13. September an den König von England und an den Lord Paget empfohlen. Vom 22. Oktober 1548 ist des Herzogs Beglaubigungsschreiben für Melchior Kannacher an den Lord-Protektor und Erzbischof von Canterbury datiert.

opinionem ita divulgatum iri. Itaque ne malum aliquid ipis nobis accersamus, iustis rationibus adducti eo rectius et bene rebus nostris consulamus oportet. Quidquid enim a nobis promissum, id non profusionis sed opitulandi animo profectum. Nec profici ea ratione quicquam putamus, siquidem haec tanquam perexigua longe instituto tali non sufficient. Sin vero res omnis ita, ut sub discessum cum R. Gte V. sermones contulimus, coepta fuisset, non grave nobis foret, id quoque, quod christianum principem decet et ad honorem ac propagationem nominis divini facere videbitur, praestare. Id cum factum non sit, excusatos nos R. Gtus V. habeat oportet. Extra hanc enim conditionem aliterque a nobis quicquam petutum flagitatumque aut promissum esse non meminimus. Cum expressis verbis haec ad R. Gtem V. locuti simus, rogatam eam facimus, ut monendo, sollicitando persuadendoque instet, ne quid ad destructionem aut perditionem tentetur, sed eo tendant omnia, ut amplificandae gloriae divinae consulatur, ne res per se iam satis afflictata in deterius vergat. Quod R. Gtem V., cui haec rescribenda duximus, quam protectioni altissimi committimus, facturam, ita ut cupimus, persuasum nobis habemus. . . . Dat. Poppen 28. Novembris 1549.

X.

Reverende ac genereose sincere nobis dilecte. Quandoquidem singulari tenemur desiderio de successu et valetudine R. Gtus V. certiores fieri, committere non potuimus, quin R. Gtem V. literis nostris inviseremus. Ac cum varia ad nos de rege R. Gtus V. perferantur sitque fama, eum de filia ser. regis Romanorum matrimonio sibi copulanda cogitare, idque certo cognoscere summo opere cupiamus, petimus, ut si quid ea de re R. Gtu V. constet, nobis communicet. Quodsi divinitus uterque rex reconciliari posset, duceremus id maturate opus esse et ex re fore totius ecclesiae et christianismi . . . Dat. Regiomonti 28 Marcii 1550.*)

*) Unter dem 3. Febr. 1550 hatte der Herzog an den Bruder des Reformators Stanislaus Laski schreiben lassen: „Quod petitionem, qua per nobilem Andream Fricium, secretarium regium, Mag. Vra apud nos usa est, attinet, recenti memoria tenemus, quid responsum illi per nos tum temporis fuerit, in quo adhuc acquiescere cogimur, cum quod haecenus multis expensis onerati fuerimus, tum quod non minores sumptus, largitiones et id genus alia hoc tempore consummationi nuptiarum nostrarum nobis facienda sint, ut hac ex parte Mag. Vram voti competentem reddere impediamur“. Im Sommer 1548 war der bekannte Gelehrte Fricius in Königsberg gewesen. Unter dem 30. Juni empfahl ihn damals der Herzog an König Sigismund August, der Fricius am 11. Juni nach Königsberg abgeordnet hatte. Krakau, den 11. April 1550 schreibt St. Bojomowski dem Herzog Albrecht: Mortuus est nuper vir magnificus Stanislaus Laski, etiam medici dicunt, intoxicatum fuisse mense Decembri a. 1549 in conventionem Petricoviensi. Memini illum apud Ill. D. V. pecuniam mutuo petiisse meque, ut pro eo scriberem, impulsisse, sed quid sit postea factum nescio.

XI.

Attulit huc literas Bononia nuncius quidam a nobili quodam adolescente Lubovico Troski subdito nostro scriptas. Is cum puer ill. duci Wirtembergensi commendatus a nobis annis aliquot retroactis esset, tandem ut adolescentia est perlestrandarum regionum cupida, cum comite Guilelmo a Furstenbergk in Gallias se contulit. Ibi cum se expeditioni contra Anglos non ita pridem immiscuisset, accidit forte fortuna, ut in captivitate redigeretur, iniuncta illi pro libertatis redemptione certa aliqua aureorum mulcta. Etsi autem moris esse intelligamus, ut captivorum liberatio penes regem stet, et facilius reliquis liberatum iri eos, qui ex Germania oriundi sint, tamen cum hic adolescens, licet natione Germanus sit, a pueritia fere in Galliis versatus sit, captus etiam pro Gallo reputetur, nos vero considerata dicti adolescentis honestissimorum parentum et celebris eius familiae fide et servitiis nobis praestitis committere non potuerimus, cum istic locorum R. G^{te} V. notiozem habeamus neminem, quin eo nomine ad R. G^{tem} V. scriberemus clementer et gratiose cupientes, ut R. G^{tas} V. accedente rev. cardinalis Loteringae auctoritate et intercessione apud s. regem Angliae de liberando subdito nostro instet eumque, ut eo citius patriam pertingat, iuvet . . . Regiomonti 26. Aprilis 1550.*)

XII.

Cum isthuc locorum a nobis mitterentur nonnulli cum falconibus, committere nolimus, quin R. G^{tem} V. literis quoque nostris inviseremus, cui si pro voto succedant omnia, equidem nihil nobis de ea foret auditu incundius. Caeterum meminit procul dubio R. G^{tas} V., quid non ita pridem rationibus nostris ita postulanti- bus ad eam scripsimus, quas literas cum eam accepisse minime dubitemus, ita negotium illi nostrum aut curae esse aut iam fuisse persuasum nobis habemus. Quando- cumque autem eius rei nomine hactenus ad nos a R. G^{te} V. nihil perlatum est, rogatam eam clementer habemus, ut quid confecerit aut quo in cardine ea, de quibus ad R. G^{tem} V. scripsimus, vertantur, occasione ita oblata tamen quo citius et melius nobis significetur Regiomonti 18. Octobris 1550**)

*) Am 3. Juni hat Herzog Albrecht dem Könige von England geschrieben: „Rebus nostris siq. postulanti- bus commisit rev. et gen. Joanni de Lasco sincera nobis diloto, ut quaedam nostro nomine ad S. R. V. M. referret, quem etsi apud R. V. M. praeter haec fidem mereri sciamus, tamen amovendae omni- suspitionis causa praecipue disce periculosis temporibus literarum nostrarum testi- monium reverendae eius dominationi dandum censuimus.“

**) Den Brief Herzog Albrechts an Laski vom 20. August 1551, dessen Laski in seinem Schreiben vom 14. Dezember 1551 (Kuyper II S. 665) gedenkt, habe ich nicht auffinden können.

XIII.

Scriptis nobis R. G^{tas} V. proximis literis,*) quid responsi apud ser. Angliae regem de mutuo quinquaginta milium aureorum obtinuerit, videlicet paratam esse eius regiam dignitatem in eo se promptam ac benevolam exhibere, si illud mutuum unanimiter peteretur ab omnibus confoederatis principibus, tum enim non illud tantum, verum etiam maius quoddam auxilium collaturam eius regiam dignitatem esse. Quandoquidem autem nunc dicti principes eo nuntium ablegarunt, ut nomine confoederatorum petitio ea institueretur, clementer a R. G^{to} V. contendimus, ut eum in hoc negotio conficiendo iuuet. Quidquid enim ita per operam R. G^{tis} V. obtentum fuerit, id debita observantia dicti principes demereri studebunt. Caeterum R. G^{tem} V. celare nolumus, fere in harum obsignatione significatum nobis esse seren. Angliae regem clam subductum esse nec sciri posse, quo pertracta sit eius regia dignitas. Quod sane perquam dolenter audivimus plurimumque nobis moeroris peperit. Etsi autem meliora speramus, tamen clementer cupimus, ut R. G^{tas} V., si quid tale accidit, nobis significet. Ad extremum duplices has literas scripsimus idque eam ob causam, ut si alterae interciperentur, nihilominus alterae ad R. G^{tem} V. pervenirent. Dat. Insterburgi 7. Decembris 1551.

XIV.

Quod hactenus R. G^{tem} V. literis nostris non invisimus, id non oblivione R. G^{tis} V. vel alia de causa, quam quod hucusque praesertim hoc hiemali tempore tabellionum penuria laboravimus, factum esse existimet. Nisi enim hic praesentium exhibitor,**) qui se in Angliam profecturum dicebat, nobis obtigisset, ne nunc quidem R. G^{ti} V. scribere potuissemus. Haec igitur occasione et commoditate oblata cum de R. G^{tis} V. valetudine et successu certiores fieri summo opere cupiamus, praesentium latorem nostrum sine literis nostris ad R. G^{tem} V. venire nolumus. Ac initio R. G^{tem} V. clementer celare nolumus, hactenus de rebus Anglicis varia ad nos perlata esse, praecipue ser. regem Angliae non de levibus adversae fortunae casibus agitatam eoque cum quibusdam Angliae proceribus rem redactam esse, quod graviter et quidem poena capitali in eos animadversum sit. Quae sane cognitu nobis fuerunt minime iucunda, cum quod ser. regiam dignitatem, cui omnia fausta ac foelicia ex animo precamur, eiusmodi molestiis occupatum fuisse dolenter ferimus, tum quod aliis quoque, in quos tam secure animadversum esse dicitur, eam eulamitatem non favemus, ut taceamus de bellorum tumultibus subinde in Germania, Galliis aliisque regionibus exortis, quibus et contagio pestis accessit, quorum tamen omnium, utut se habent, certiora R. G^{tem} V. nobis habere non

*) Vergl. Laskis Briefe vom 19. Juli 1550 und 5. Januar 1551 bei Kuyper II S. 642 und 645.

**) Johann von Werden, erster Bürgermeister von Danzig, der als Gesandter des polnischen Königs nach England ging.

dubitamus. Nos quoque his in partibus non minoribus distenti gravaminibus omnino liberi ac tuti a fortunae iniquitate esse non potuimus. Tales enim theologorum nostrorum de articulo iustitiae et iustificationis disceptationes ortae sunt, ut cum omni studio summa curaque in hoc invigilarem, quo dissidium illud sopiri conciliationemque dogmatis instituere potuissemus, nihil a nobis profectum sit, ut insuper etiam aliarum ecclesiarum iudicia requirere coacti simus. Et quamquam ex iis praeter opinionem nonnullarum censurae et confutationes ad nos pervenerunt, attamen eam nos concordiae viam, quae nobis a theologis ill. ducis Wirtembergensis hoc saeculo praecipuis monstrata fuit,*) quam prae ceteris sacrae scripturae magis consentaneam ac ex instinctu spiritus sancti profectam esse non dubitamus, arripimus eaque ratione contentiones ac rixas illas opprimere et animos theologorum nostrorum distractos conciliare eosque concordem reddere studuimus. Verum quam frustra laboraverimus eaque omnia in deteriorem partem a nobis accipiantur, quam diabolus insidiis ac technis suis, ita ut solet, ecclesias nostras perturbare animosque subditorum nostrorum exulceratos magis irritare non desinat, id R. G^{us} V. ex praesentium latore, ubi ei de iis cum R. G^{te} V. conferendi facultas dabitur, latius agnoscere atque totius negotii processum, quo pacto nostrorum theologorum dissensiones conciliare easque rixas semotis odiis ac extinctis privatorum affectuum livoribus paenitus sopire ecclesiaeque tranquillitatem restaurare constituerimus, quales ipsis concordiae articulos exhibuerimus quaeque tandem ministris ecclesiae, ne scandala maiora excrescerent, mandaverimus, ex adiuncto exemplari, quod typis excudi curavimus, fusius percipere poterit. In quo si quid praetermissum aut a nobis non satis intellectum vel erratum fuerit, clementer petimus, R. G^{us} V. in eo sententiam animi sui declarare ac, si quid, quod ecclesiarum nostrarum concordiam conducere possit, habuerit, quidque factu opus esse iudicet, nobis communicare nec non ecclesiarum Anglicarum et ser. regis Angliae statum, cuius seren. regiam dignitatem nostro nomine quam officiosissime salutari eique studia nostra deferri omniumque rerum foelicissimos successus pro voto precari cupimus, praecipue autem quo in cardine res R. G^{us} V. versentur, quantum licet, nobis perscribere ne gravetur. Regiomonti 4. Aprilis 1553.**)

*) Über den württembergischen Vermittelungsvorschlag vgl. Möller, Andreas Osiander S. 471 ff.

**) London, den 19. August 1553 antwortet Laski dem Herzog. Vergl. Kuyper II S. 678 ff.

XV.

Redditae nobis sunt R. Dñi V. literae*) per Guilelmum Gnapheum**) una cum scripto de usu sacramentorum coenae dominicae incluso***), ad quas quod tardius respondimus, in causa fuerunt ardua et crebra negocia, quibus hactenus solito occupatiores fuimus, tum quod ipsi Gnapheus rationibus negotii sui absolute nondum determinatis profectionem ad suos nunc primum instituerit. Intelleximus autem ex iisdem literis nunciatum esse R. Dñi V., quod vocare illam ad nos decrevissemus†), iam ei hic prospectum esse de aedibus, causasque affert, cur venire non possit. Haec cuiusnam relatu ad R. Dñem V. pervenerint, nobis non constat, quandoquidem eiusmodi nihil mandasse nos cuiquam meminimus, tametsi R. Dñi V. non nisi optime volumus ac de veteri nostra in illam benevolentia nihil adhuc remisimus. Agimus autem R. Dñi V. gratias pro scripto suo nobis misso, de quo, cum theologiae tantum discipulum profiteamur, iudicare sicut par est nobis non est datum. Tum quod per negotiorum multitudinem accurate perlegere adhuc illud nobis non licuit et quidem contenti sumus simplici expositione et intellectu de usu sacrosanctae coenae domini nitimurque verbis ab ipso doctore Christo praescriptis videlicet: hoc est corpus meum, hic est sanguis meus et hoc facite etc., altiora nobis professione non theologo scrutari neque par est neque convenit,

*) Der Brief ist datiert Embden, den 4. Juni 1554 und findet sich bei Kuyper S. 700 f.

**) Wilhelm Gnapheus, der seit 1541 herzoglicher Rat und seit 1544 außerordentlicher Professor in Königsberg gewesen und 1547 wegen seiner Hinneigung zu den Schweizern exkommuniziert war und Königsberg hatte verlassen müssen, war nach Friesland gegangen und hatte von dort 1554 den Herzog Albrecht um die Erlaubnis zur Rückkehr gebeten, um sich vor unparteiischen Richtern verantworten zu können. Vergl. Tschackert III Nr. 2398. Unter dem 13. Oktober läßt der Herzog die Apologie des Gnapheus samt den Artikeln, in denen Gnapheus die Aufhebung des Bannes forderte, an Staphylus senden, unter dem 22. Oktober schreibt dieser zurück, weshalb er auf des Gnapheus Buch noch nicht geantwortet habe. Tschackerts Nachrichten über Gnapheus, Urkundenbuch III Nr. 2398, schöpfen das Königsberger Archiv nicht aus. Vergl. Wotschke, Herzog Albrechts Briefwechsel mit Schlesien, Correspondenzblatt des Vereins für Gesch. d. ev. Kirche Schlesiens Bd. XI, wo das Schreiben des Herzogs über Gnapheus an Staphylus und dessen Antwort mitgeteilt ist.

***) Vergl. Laskis Schrift: *Brevis et dilucida de sacramentis ecclesiae Christi tractatio*. Londini 1552.

†) Vergl. das Schreiben des Achatius Zehmen unter dem 8. Januar 1554 aus Königsberg an Hosius: Was her Laßken angehet, weis F. D. ganz nichts von im, hat im nichez geschreiben, weis och nicht, wu her ist; wundert seyn F. D., wy sulche rede von im auskomt. Wen her heutte alhyher queme, F. D. wurde im allen genedigen willen erczegen, aber vor eyn bisschoff anzunemen habe ich nicht vormerk. Hosii epistolae II Nr. 1169.

tamen per oei aliquando occasionem non intermitteremus cum qualicumque nostro iudicio scriptum illud in manus resumere et de illo,*) quantum ingenii nostri tenuitas feret, sententiam R. Dni V. nostram perscribere. Haec respondenda esse R. Dni V. ducebamus petimusque, ut nos literis suis saepissime inuisat ac rerum nunc Anglicarum statum seu, quae praeterea scire licuerit, nobis communicet Regiomonti 15. Octobris 1554.

XVI.

Quid a nobis praesentium lator petierit, R. Gtus V. ex inclusa ipsius scripti copia cognoscet. Cum igitur R. Gti V. omni ratione gratificari cupiamus, curavimus illi et has literas dandas et viatici quoque nonnihil numerandum, ut tanto expeditius ad R. Gtem V. pervenire posset. . . . Regiomonti 29. Octobris 1557.**)

XVI a.

Johann Aurifaber an Philipp Melanchthon.

. . . Versatur nunc apud nos d. Joannes a Lasco et hoc agit, ut consentire nobiscum de doctrina iuxta Confessionem Augustanam agnoscat atque credatur. Nam famam dissensionis inter nos, qui in regno Poloniae doctrinam evangelii profitemur, ait vel potissimum impedimentum esse piae instaurationis ecclesiarum in isto regno. Heri totum diem una fuimus. Quod ad doctrinam de coena domini attinet, profitetur ille aequae nobis credi postulat, se neque a verbis neque a sensu Augustanae Confessionis dissentire, a doctore Luthero autem se in hoc articulo

*) Doch hat Herzog Albrecht diesen Vorsatz nicht ausgeführt.

***) An Nikolaus Laski, den Sohn des Hieronymus und Neffen unseres Johann Laski, ließ der Herzog unter dem 30. Oktober 1557 schreiben: „Nolumus Magtiam V. celare, quod praesentium exhibitor literarum subdite nobis significandum curavit, sibi in Phrisia orientali librum quendam ser. regiae maiestati Poloniae dedicatum a quodam doctore traditum esse iis legibus, ut eum librum rev. et gen. d. Joanni a Lasco, Magtiae V. patruo, in manus redderet s. r. maiestati postmodum offerendum. Cum autem et hominum et locorum ignarus sit ac nobis ipsis etiam hoc tempore non constet, quo loco nunc d. Joannes a Lasco commoretur, duximus hunc ipsum iuvenem Magtiae V. per has literas nostras commendandum amanter petentes, ut Magtia Vra ipsi locum indicare dignetur, ubi nunc temporis Magtiae V. patruus degat, quo compendiosius et citius ad ipsum commeare queat.“ Sonst kenne ich nur noch zwei Schreiben des Herzogs an Nikolaus Laski. Am 19. Mai 1561 entschuldigt sich der Herzog, daß er der Einladung zur Hochzeit des Nikolaus Laski nicht folgen könne, Achatius Zehmen werde ihn vertreten. Auf ein Dankschreiben des Nikolaus Laski für die Sendung dieses Stellvertreters und für das überwiesene Hochzeitsgeschenk antwortet der Herzog am 11. Juli 1561.

dissentire nihil dissimulat. Hodie sententiam suam brevi scripto*) comprehensam exhibiturus est. ut certius, quid velit, cognosci possit. Deus nos in hac actione elementer gubernet. Amen. . . . Regiomonti 14. die Aprilis 1558.**)

XVII.

Herzog Albrechts Antwort auf Laskis Werbung. (April 1558.)***)

Agit imprimis Ill. Cels^{do} S. omnes gratias R. Dnⁱ V. fratribusque illius in inclito regno Poloniae, quod tantopere de valetudine Ill. Cels^{is} S. gratulantur suaque officia eius Celsⁿⁱ deferunt. Quod cum ex singulari quodam amoris erga Ill. Cels^{um} S. affectu proficisci intelligat, non potest non magni facere et ea, quae par est, benevolentia complecti. Exoptat autem, ut d. d. rev. et magnificis viris ea ipsa tam in valetudine quam aliis in rebus omnibus multo uberius largiatur.

Adventus vero Rev. Dn^{is} V. et collegarum suorum†) eo fuit incundior Celsⁿⁱ S., quod magno iam pridem desiderio R. Dn^{em} V. et coram videre et colloqui cum illa exoptaverit, tum ut de iis rebus, quae in inclito regno Poloniae aguntur et disparibus rumoribus huc allatae sunt, certior ab illa fieret. Intellexit autem Ill. Cels^o S. causam, ob quam R. Dn^o V. praecipue huc se contulit, esse hanc, quod plerisque d. fratribus visum fuerit, ut consilia illorum de promovenda religione Celsⁿⁱ S. communicaret consiliumque, opem et operam illius imploraret atque una exponeret, qua parte potissimum causa verae religionis nunc ab adversariis illorum impugnaretur, et quae sit ratio consilii ad tales adversariorum calumnias depellendas. Hoc R. Dn^{is} V. suorumque fratrum studium, quo in aedificanda ecclesia Christi pie adeo propendent, Celsⁿⁱ S. cognitu fuit gratissimum, precaturque Cels^o S. aeternum patrem, ut propositum hoc sacrosanctum prosperis successibus

*) Vergl. Kuyper II, 755 und die „Responsio ministrorum in ecclesiis Prutenicis ad scriptum de coena domini exhibitum ipsis a rev. et magn. viro d. Joanne a Lasco die 15. Aprilis 1558“ im Königsberger und Herrenhuter Archiv. Dalton Johannes a Lasco S. 545, Wotschke, Eustachius Trepka Z. H. G. Pos. Bd. XVIII S. 121 ff.

**) Aus der Landeshuter Kirchenbibliothek.

***) Nachdem Laski von Goluchow bei Pleschen aus unter dem 18. März 1558 dem Herzog Albrecht seine Ankunft angezeigt, war er Anfang April in Königsberg eingetroffen. Die Denkschrift, die er dem Herzog überreichte, bietet Dalton Lasciana S. 82 ff.

†) Von den Begleitern Laskis wissen wir nichts näheres. Aus Großpolen war Eustachius Trepka zum Colloquium nach Königsberg geeilt, auch Francesco Lismanino dachte, aus Tomice bei Buk die längst geplante Reise nach Preußen anzutreten, da hielt ihn die Krankheit seiner Frau in letzter Stunde zurück. Vergl. meine Biographien Trepkas und Lismaninos, Zeitschrift der hist. Gesellschaft Posens Bd. XVIII S. 87 ff. und 264 ff.

secundet ac sancto spiritu suo pios doctores excitet, qui animabus longo iam tempore viam veritatis ad aeternam salutem expectantibus subveniant.

Recte autem fieri atque ad rem appositum esse consilium Cels^{do} S. iudicat, ut adversariorum confutentur calumniae inque ipsos ea omnia, quibus causam piam praegravant, retorqueantur. Quod vero R. D^{no} V. cum suis fratribus consilium Ill. Cels^{nis} S. in eodem negotio expetit, fatetur sane Cels^{do} S., se tanto oneri imparem nec ita consilio instructam esse, ut magnitudini huius causae satisfacere possit. Verum tamen cum postulari iudicium suum qualecunque pio studio intelligat, pro pietate christiana et tenuitate sua libenter, quid sibi videatur, communicatura est.

Animadvertit Ill. Cels^{do} S. hoc esse R. D^{nis} V. fratrumque consilium, ut ad depellendam primam et secundam calumniam unanimiter inter se omnes, quicumque promotam evangelii doctrinam cupiunt, animorum coniurationem publice contestentur et ne quas omnino suspitiones inter se alant, sed christianis colloquiis petitisque ex verbo dei amantibus et modestis admonitionibus sine ulla hypocrisi in caritate et libertate christiana animis evellant, dispulsisque ad hunc modum suspitionibus animi ad quaerendam solius dei gloriam componantur non iuxta cuiusvis affectum, sed iuxta doctrinam verbi divini, tandem ut compendio doctrinae et religionis simul omnium colligatur confessio, utque in ea vitentur controversa dogmata.

Esset sane egregium hoc multaque laude dignum institutum, si res perducí posset, ut eiusmodi coniunctio animorum et doctrinae consensio sanciretur, sed valde metuit Ill. Cels^{do} S., quod de coniunctione et unanimitate dicitur, id non modo difficile, sed in hac mundi senecta prorsus etiam impossibile fore, sicut et multorum annorum historiae testantur. Nec fieri potest, ut in toto ecclesiae corpore perpetua sit in hac vita animorum omnium consociatio sine distractione, sine offendiculis, sine scandalis, siquidem membra ecclesiae dissimilia sunt et omnia lapsibus obnoxia, quae impulsu sanguinis et minis saepe graviter impingunt. At cum oporteat pios doctores in ecclesia errantes et delinquentes seu quoquomodo scandalum praebentes serio reprehendere et falsa dogmata damnare, qui fieri potest, ut non in multorum odia incurrant et gravis animorum exulceratio sequatur? Itaque sicut ipse Christus nunquam ecclesias sine scandalis fore et mansura esse zizania praedixit, ita disparia quoque ingenia in religione, diversi etiam hominum affectus in vita et moribus passim futuri videntur, tametsi dolendum id sit nihilque magis exoptandum, quam ut unum velle et nolle in animis omnium constitui possit. Porro ad firmam unanimitatem efficiendam si non ex omni, maxima tamen ex parte nullam commodiorem esse rationem Ill. Cels^{do} S. existimat, quam si primo omnium consensio in doctrina quaeratur. Hoc enim fundamento iacto inter se animi et amore mutuo et iuxta praeceptum doctoris Christi fraterna dilectione et mutua caritate aliisque fidei fructibus artissime devincientur.

Quam ad rem a d. fratribus vix melior minusque laboriosa via inveniri poterit, quam si iis, qui Augustanam confessionem profitentur, se adiunxerint,*) siquidem ea confessio non modo a pontificiis, sed aliis quoque variarum opinionum hominibus impugnata quidem est aliquoties, expugnata autem nunquam, atque id quod firmissimis nititur sacrae scripturae fundamentis, contra quam multae etiam adversariorum in publicis sacri romani imperii conventibus mirae certe satisque horribiliter instructae acies non praevaluerint. Itaque suadet Ill. Cels^{do} S., id quod sentit, sincere et candide, ut R. D^{no} V. id consilii fratribus det, ut eam confessionem amplectantur, vel si peculiarem omnino scribere vel componere libet, ut cum ea per omnia congruat. Quod ubi fecerint, non gravabitur Cels^{do} S. suum quoque addere calculum. Extra eam autem confessionem semel a Cels^{no} S., principibus et plerisque aliis fratribus in Germania publice approbatam totque iam annis cum bona et tranquilla conscientia dei beneficio observatam aliam huic fortassis disparem nec per omnia consentaneam recipere vel calculum illi suum addere, integrum sibi non videtur. Neque si maxime vellet, insciis et inconsultis eisdem in Germania fratribus id sibi licere, ad quorum examen d. fratrum in Polonia confessio, antequam a Cels^{no} S. approbetur, cum mitti oporteat, facile animadvertet R. D^{no} V., quantum ea res morae conatibus d. fratrum allatura esset praesertim iam instantibus regni comitiis. Commodiore itaque via uti illos posse Cels^{do} S. existimat, si, quam tot reges et principes alique superioris et inferioris ordinis homines verbo dei prophetiisque et apostolicis scripturis satis idem symbolis plane consentientem confessionem approbarunt constanterque hactenus deo assistente defenderunt, ipsi quoque in foribus quasi, ut dictum est, existentibus iam regni comitiis ac grassantibus tantopere adversariis unanimiter recipiant. Ita multo quasi labore id, quod optant, per gratiam dei confecturi videntur.

Huc et illud accedit, quod d. fratres in Polonia in asserenda conservandaque ea doctrina socios habituri sunt omnes, quotquot Augustanae confessioni antea subscripserunt, atque ita adversariis non modo calumniosa ora obstruent, sed unanimis hic in doctrina consensus facile ipsos quoque fratres, quantum naturae humanae fragilitas patitur, concordēs invicemque fraternae dilectione devinctos redditura est.

Quod si R. D^{no} V. de eadem confessione Augustana vel aliis rebus ad religionem pertinentibus cum theologis Cels^{nis} S. conferre volet, non repugnat Cels^{do} S., quominus id fiat, certiorque ea de re facta theologis suis mandabit, ut a R. D^{no} V. vocati illam accedant deque iis, quae volet, amanter conferant.

Consilium ad refutandam tertiam adversariorum calumniam et quae de rituum gubernationisque ecclesiasticae forma constituenda dicta sunt, per omnia Ill. Duci probantur, modo et ea ipsa rituum seu ceremoniarum forma non

*) Es muß auffallen, daß der Herzog nicht auf den Petrikauer Reichstag vom Jahre 1555 und auf das hier von den Landboten übergebene Glaubensbekenntnis, das der Augsburger Konfession sehr nahe steht, verweist.

pugnatura sit cum verbo dei vel cum ea, qua Augustanae confessionis ecclesiae utuntur. Et quia de fratribus quoque Waldensibus inter cetera hic mentio facta est, consulit Ill. Dux, ut illi quoque R. Dñis V. opera tam in doctrina quam ceremoniis ad amplectendam confessionem Augustanam adducantur. Fore enim, ubi adhuc in doctrina et ceremoniis asserunt, ut et animorum, quoad eius fieri poterit, coniunctio et societas sequatur, ipsi quoque in iis locis, ubi purior evangelii doctrina sonat, sub legitima defensione eo tutius domicilia sua habituri sint.

Quartam accusationis calumniam et ipsa Augustana confessio egregie refellit. Nam in ea quoque de maiestatis et subditorum officio diserte agitur, secundum eam Ill. Dux se maiestatem regiam teste deo et conscientia sua semper debitis obsequiis, fide et observantia coluit coletque, quoad vivet, prout fidelem subditum et vasallum principem decet. Neque se ullius moliminis contra maiestatem suam a quoquo hactenus insimulatum esse meminit. Quodsi erunt, qui Cels^{mo} S. eius criminis nota asperserint, non deerunt rationes Celsⁿⁱ S., quibus innocentiam suam contestetur et malevolorum calumnias confutet.

(Quod quaeritur a Cels^o S. iterum suos etiam ad colloquium, quod in Maiore Polonia habebitur*), mittere velit, in eo Cels^o S. ad promovendam gloriam dei minime difficilem se praebebit, ubi cupere hoc d. fratres ipsosque ad recipiendam Augustanae confessionis doctrinam consilium Celsⁿⁱ S. non improbare intellexerit. Ad alia enim quis theologorum ibi suorum futurus esset usus, Cels^o S. non videt. De schola et typographica**) instituenda deque vertendis in linguam Polonicam

*) Vergl. Wotschke, Eustachius Trepka, Zeitschrift d. hist. Ges. Posen XVIII S. 123. Von den Gemeinden Augsburgischer Confession sagt das Protokoll der Synode zu Xions (Sept. 1560) „quae in maiori Polonia fuerunt plurimae“. Über eine Union mit ihnen beriet die Pinczower Synode am 16. August 1557.

**) Noch im Jahre 1558 eröffnete Daniel aus Lenschitz seine Druckerei in Pinczow. Um der Reformation in Polen zu dienen, hatte Herzog Albrecht schon früh die Errichtung einer leistungsfähigen polnischen Druckerei in Königsberg ins Auge gefaßt. Am 8. April 1545 schrieb er an den Buchdrucker in Krakau (Bernhard Wojewodka oder Hieronymus Vietor?): „Was der würdig achtbar vnd hochgelerte vnser lieber getreuer Stanislaus Rapagelanus, der heyligenn schrifft doktor, an euch von wegen der druckerey, so wir jhn vnsern furstenthumb Preussen vmb allerley beweglichenn vrsachenn willem gern auffgericht vnd getribenn sehenn, aus vnserm genedigen consens schreybenn thut, hapt jr beyligent zuuornemen vnd muget euch darauff (des wir mit gnaden begerenn) jm namen gotts nach gelegenheit hieher verfugen, als dann wollen wir vns gegen euch, daran ir nit zu zweyffeln, aller genedigenn gebur erzeigenn, welchs wir euch darnach zu richtenn genediger meynung vnangezeigt nit woltenn lassenn.“ Ferner am 17. Mai desselben Jahres ließ der Herzog an Wojewodka schreiben: „Nachdem wir am jüngsten an euch etzliche schriften Hieronymo Vietori, buchdruckern zu Crakau, zu behendigen jhn gnaden begert, darauff noch kein antwort von ime gefallen, ist derhalben vnser genedigs begeren, ir wollet vns zugefallen nochmals bey jhm

bibliis, in hoc magnopere laudat Ill. Cels^{do} S. pium et pernecessarium d. fratrum studium, sine his enim adminiculis frustra in aedificanda Christi ecclesia laboratur. Quod vero R. Dt^{io} V. et suo fratrunque nomine petit ope Ill. Cels^{nis} S. illa iuvari, in eo Ill. Cels^{do} S. se minime difficilem praebet, nisi et ipsa aequae ad promovendam gloriam dei tam in academiam quam typographicam magnis sumptibus a se non ita pridem hic institutam singulis annis multum impensum erogare et sola sustinere cogeretur, ut taceantur omnia stipendia, quae in pios doctores et scholasticos ad conservandum ecclesiae ministerium passim confert.*) Attamen ut R. Dt^{io} V. dominique fratres videant, propendere Cels^{nem} S. ad pios conatus pro virili sua iuvandos, pollicetur se in decursum usque triennii singulis annis de suo ad promovendum necessarium hoc d. fratrum institutum quadringentos florenos collaturam esse ea tamen conditione adiecta, si Ill. Cels^{do} S. fratres Augustanam confessionem sincere et candidè approbasse et recepisse vel, ubi peculiarem conscripserint, illam cum Augustana non pugnare vel per omnia cum ea congruere et consentire cognoverit.**)

Quod ubi fecerint, piumque hoc institutum crescere et incrementum dei beneficio sumere Cels^{do} S. intellexerit, clementia et benignitate sua, quoad rationes Cels^{nis} S. ferent, pio huic operi porro etiam non defutura est.

anhaltens, das er auff die vbersandten schriften sein antwort bey kegenwertigem vnserm diener vberschicken wolle, damit man sich, wes er ihm dem bewußten handel zu thun gesindt sey, ferner darnach zu richten.“ Auf Veranlassung Wojewodkas, der bei der Ankunft des ersten herzoglichen Briefes nicht in Krakau gewesen war, ging noch vor Eintreffen des zweiten Briefes der Drucker Hieronymus Vietor am 18. Mai nach Königsberg. Über seine Verhandlungen mit dem Herzoge wissen wir nichts Näheres, jedenfalls hat Vietor in Königsberg sich nicht niedergelassen. Die polnischen evangelischen Bücher, die vor 1549 in Königsberg erschienen sind, hat sämtlich Weinreich gedruckt.

*) Ich müßte eine eingehende polnische Reformationsgeschichte schreiben, wollte ich den Bemühungen und Unterstützungen, deren der Herzog hier gedenkt, im einzelnen nachgehen. Nur kurz will ich darauf hinweisen, daß Seklucyan und Trepkas reiche schriftstellerische Tätigkeit auf seine Anregung zurückzuführen ist und ohne seine tätige Unterstützung gar nicht möglich war. Wie viele polnische Studenten hat er ferner in Königsberg während ihres Studiums unterhalten. Ich verweise auf Stanislaus Murzinowski, der ihm von Laski gelegentlich seines Aufenthalts in Königsberg Sommer 1549 empfohlen war, Erasmus Gliczner, Martin Kwiatkowski, den Posener Magister Albert Caprinus usw. usw. Vergl. meine Arbeiten über Seklucyan, Trepka, Lismanino, Kuchler, Luthomirski. Sie zeigen fast auf jeder Seite, wie opferwillig der edle Herzog für die Ausbreitung des Evangeliums in Polen eingetreten ist.

**) Da Laski des Herzogs Bedingung nicht erfüllte, ist es zu einer Zahlung dieser Summe nie gekommen. Vergebens bemühte sich der Herzog, das von Laski aufgestellte Bekenntnis in die Hand zu bekommen. Vergl. meine Studie über Luthomirski.

Postremo quod R. D^{no} V. dominique fratres tantopere sua studia cum observantia Ill. Celsi S. offerunt, pro iis Ill. Cels^{do} S. ingentes agit gratias datura operam, ut amici vicissim principis benevolentiam omnes experiantur, gratitudinis autem contestatione tanta minime ad Cels^{nom} S. opus fuisset, siquidem se pro christiani principis officio hoc illis debere agnoscit, adeo ut quicquid pro tenuitate sua ad amplificandum Christi regnum conferre poterit, pro summa id virili semper praestitura sit.

XVIII.

Literas R. G^{is} V. tam suo quam collegiarum suorum nomine ex itinere ad nos scriptas*) studii officii ac permaxima gratitudinis erga nos contestatione plenas accepimus, quae quo nobis lectu fuere iucundiores, eo magis singularem R. G^{is} V. in nos amorem declarare visae sunt, tanetsi tanta ad nos gratiarum actione minime opus fuisset, quam magis ex studii R. G^{is} V. in nos abundantia, quam beneficii qualiscumque nostri dignitate vel merito profectam existimamus. Vellemus sane R. G^{em} V. cum suis collegis ita acceptam a nobis fuisse, quemadmodum id praestantia D^{no} V. postulabat et nos pro rationum nostrarum tenuitate praestitisse conveniebat. Sed cum plurima in eo desiderari fateamur, amice a R. G^o V. contendimus, ut propensissimi animi nostri voluntatem non ex iis aestimet, quae tantopere de nobis sibi praestita esse depraecliat, sed multo maiora, quoad recte eius fieri potest, sibi de nobis polliceatur. Commendationem etiam R. G^{is} V., quam pro aulicis nostris**), qui illam deduxerunt, ac pro hospite quoque suo apud nos interposuit, eo loco habituri sumus, ut per occasionem non iffrugiferum illis fuisse, quos commendat, aliquando experiatur. Quidquid enim vel gratiae vel benevolentiae R. G^{is} V. illiusque collegis omnibus dare poterimus, in eo, quoad possumus, non difficile nos praebituri sumus. . . . Regiomonti 21. Aprilis 1558.

XVIIIa.

Cum praesentium exhibitor literarum nobilis Horatius Curio***), aulicus noster, in Poloniam a nobis mitteretur, iniunximus illi, ut et Rev. Magnif. V^{ram} accederet verbisque nostris eam salutaret ac tandem quaedam ad eandem referret. Ei ut Rev. Magn. V^{ra} plenam fidem habeat, amice cupimus. Dat. Regiomonti 6. Junii 1558.

*) Laski hatte nach seiner plötzlichen Abreise von Königsberg schon am 18. April aus Heiligenbeil an den Herzog geschrieben. Den Brief bietet Kuyper S. 757.

**) Neben anderen hatte Laski den Horatius Curio, der verschiedentlich in den fünfziger Jahren des Herzogs Gesandter in Polen war, empfohlen.

***) Über die Mission des Curio vergl. Karge, Kurbrandenburg und Polen. Forschungen zur Brand. und Preuß. Geschichte. XI S. 156 ff.

XIX.

Die beiden letzten Briefe des Herzogs an Laski, das Schreiben vom 16. Juni 1558 und 17. Februar 1559 habe ich unter den Beilagen zu meiner Arbeit über Laskis Schwiegersohn Stanislaus Latomirski, Archiv für Reformationsgeschichte III S. 163 u. 165 mitgeteilt, ich sehe deshalb davon ab, sie hier zum Abdruck zu bringen. Dafür teile ich einen Brief des Johann Maczinski an Laski mit, meines Wissens das einzige Schreiben, das uns von dem Briefwechsel dieser beiden Polen erhalten ist. Über Maczinski, der 1544 in Wittenberg studiert hatte und dann nach der Schweiz gegangen war, vergl. meine Biographien Lismaninos (Zeitschrift der hist. Gesellschaft Posen XVIII S. 324 u. 331), des Litauer Culvensis (Altpreußische Monatschrift XXXXII S. 214) und Briefwechsel der Schweizer mit den Polen, Leipzig 1908 S. 3 ff.

Non fuit animus nec in cogitationem ascendit meam R. D^{no} T. insalutata in patriam redire, quin potius nihil magis in votis habebam, quam ut in deserendo Tiguro recta per Rhenum ad inferiorem Germaniam descenderem et per consequens ad Phrysios ad R. D^{no} T. contenderem. Volebam praeterea Wittenbergae apud Philippum nostrum aliquandiu, dum mihi apparatur bibliotheca, haerere.*) Sed quoniam in eum statum pervenit ecclesiae conditio et res Germanicae adeo sunt sathana et caimica ista generatione sic operante turbulentae, ut non satis tuta sint itinera per Germaniam peregrinari cupientibus, aliud iter redeunti mihi in patriam sumpsit, nempe per Italiam et Austriam. Vere igitur et ex animo doleo, mihi ereptum esse peropportunam occasionem salutandae R. Dⁿⁱ T. et testificandi erga illam officii mei, quod quidem cum familiae et imaginum celebritati tum potissimum summis virtutibus tanto heroe dignis summae etiam pietati et eruditioni R. Dⁿⁱ T. debetur. Doleo etiam ereptam occasionem fruendi conspectu et sermone sese cum R. D^{no} T. oblectandi. Sed auget privatum dolorem publica calamitas nostrorum temporum, quae nisi verbo Christi et praedictionibus apostolorum mitigaretur, sane maius esset malum, quam ut consolationes humanas admittere queat. Tanta enim atrocitate adversariorum res agitur, tanta enim nostrorum inconstantia vel perfidia potius, ut vere pius tota mente et corpore cohorrescat necesse sit, dum et illorum truculentam manum caimicam et horum perfidiam animo intuetur, de civitatibus loquor duabus sellis insidentibus, in quibus plena proditionis sunt omnia. Hoc quid est aliud, quam religionem, quam ipsum Christum prodere, quam adversariis dubitandi de doctrina evangelica occasionem et materiam praebere? Nemo quicquam vult pati pro Christo, cum ipse passus sit pro omnibus. Sed tamen nihil promovebunt impii, Christus dominus olim per crucem per saevissimos cruciatus et per diram mortem glorificatus est, sic intravit in gloriam suam, sic triumphum de potentissimis orbis monarchis egit, sic fortassis et nunc ideo passus est has rerum

*) Sommer 1550 sehen wir Maczinski wieder in Wittenberg. Vergl. seinen Brief vom 24. August an Pellikan. Wotschke, Briefwechsel der Schweizer mit den Polen S. 27 ff.

humanarum procellas incidere, ut quosdam mundanae prosperitatis abundantia velut ebrios ad christianae mentis sobrietatem expergefaceret, sicut fabri frigidam igni suffundunt, quo ignis sit vehementior, ita dominus permittit tyrannos grassari in ecclesia, ut ignis evangelicus magis in piis ferveat aestuetque. Ita fit, ut ex hoc amaro pharmaco, quo torquetur mundus, aliquid bonae sanitatis consequatur, ac victoria cedat non hominibus, sed ecclesiae principi Christo, cui debetur omnis gloria et antichristus tandem toti terrarum orbi innotescat.

Litterae R. Dñis T. non poterant mihi non esse gratissimae ardentibus votis expectatae, iterum atque iterum exosculatus sum manum istam mihi notam. Auxit voluptatem summa humanitas R. Dñis T. et pectus istud ipso nive candidius piissimam pietatem et vitae innocentiam spirans. Adeo modesta est, adeo sese abiciens christiana caritas, ut summus vir homuncionem de ultimo subsellio in fraternam caritatem assumere non deligetur, qua etsi ego indignus sum maxime, tamen R. Dñe T. maxime digna est, quam ego fraterna caritate non colam solum aut observem, sed etiam ceu numen aliquod suspiciam, vereor et maximi faciam idque in Christo domino liberatore nostro meae erga R. Dñem T. observantiae et illius vicissim erga me fraternae caritatis cooperatore. Faxit idem dominus, ut R. Dñem T. florentem obviiis ulnis excipiamus omnes in patriam redeuntem et audiamus annunciantem nobis gaudium magnum, infantem tubam evangelicam et praedicantem nobis dona coelestis gratiae, pacis et salutis ac luminis istius, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Amen.

Quamprimum Poloniam attigero, scribam R. Dñi T. de omnibus rebus diligenter. Nunc nihil habeo, quod scribam, praeter quod nuper accidisse audio nostros episcopos una omnes congregatos accessisse regem senioremi atque orationis vehementia Lutheranorum causam maxima invidia gravasse, Lutheranos nihilo minus in regno in dies magis ac magis vires sumere, virus suum ferre palam et publice profiteri et absque ulla impunitate in vulgus disseminare. Petitum est a rege, ut sceptri sui auctoritate omnibus viribus eat obviam tantae, ut illi vocant, animarum laminae, ne dominus de manibus illius requirat gregem divinitus sibi commissum. Hic rex vultu ad tristitiam et severitatem composito respondisse fertur, eos ipsos episcopos tantorum malorum dedisse causam, dum accusant tantum populum, non aedificant, dum superbia, inquit, pompa et fastu nemini ceditis, luxu et dissolutione vitae longis parasangis omnes alios superatis, nec se, inquit, satis esse idoneum propter ingravescentem aetatem, qui illos possit ad officium redigere, sed veniet, inquit, filius meus, qui vos, ut meriti estis, tractabit. Ita demissis auriculis discessum est. O quam me reficit et recreat ista vox sanctissimi senis, cuius verba fere pro oraculis habita sunt, qui parcissimus verborum fuit semper et non est visa inanis vox procedere de ore illius. Videor mihi non tam vocem Sigismundi audire, quam alterius Abacuc vel unius ex prophetis in auribus meis personare.

Intelligo mihi opus esse patrocinio R. Dni T. apud magnif. d. Bonerum,*) non ut me in numerum purpuratorum suorum adscribat, sed ut imprimendo dictionario latinopolonico, quod hic dominus per me fieri voluit, patronus et adiutor esse velit.**) Nolim enim sumptibus parentes meos in patria gravare, qui ita benigniter extra patriam sumptus suppeditant cum magna rei oeconomicae iactura et aliorum fratrum ac sororum iniuria. Amici quidem mei volunt me ad aulam magn. d. castellani Cracoviensis***) accedere, sed ego omnibus prorsus aulis valedixi satiusque esse duco, me domini esse servum quam hominum, videor mihi potius impendendam esse operam sacrarum literarum exercitio, quam abuti benignitate dei in vanitate aulicarum naeniarum. Neque enim me frustra dominus evocare dignatus est ex Ur Chaldaeorum et perducere ad terram promissionis gratia sua lacte et melle, vita et salute, gaudio et pace fluentem. R. Dni T. immortales

*) Severin Boner, Sproß eines namhaften deutschen Kaufherrngeschlechtes in Krakau, war ein bekannter Förderer der Wissenschaften. Auch der Reformation war er zugetan. Ihm kam darum unter dem 29. Januar 1547 Herzog Albrecht den Sohn des Lycker Pfarrers Johann Maletius empfehlen. Ich teile das herzogliche Schreiben mit, da weder Sembritzki, die Lycker Erzpriester Johannes und Hieronymus Maletius, Altpr. Monatschrift XXV, S. 629 ff., XXVI S. 668, noch Tschackert, Urkundenbuch zur Reformationsgesch. des Herzogtums Preußen, noch Koch, der letzte Druck des Lycker Erzpriesters Johann Maletius, Altpr. Monatschrift XXXX, es kennen. „Vonn gotts gnaden wir Albrecht marggraf zu Brandenburg jnn Preussen herzogk entbieten euch, dem edlern vnd großmechtigen Herrn Seuerino Boner vom Balicz, erbling zw Ogrodonitz vnd Camenitz, Bitscher castellan, großschaffern vnd burggraven des koniglichen hausses Crakaw der furstenthumer Auswitz vnd Sezater auch zu Rapstein hauptmann, vnserer gnad vnd gunstigen grus zuuor. Besonder viel geliepter. Es hatt vns der ersame vnser vnderthan Hieronimus Maletius gegenwärtiger zeiger vmb eine gnedige vorschriefft an E. Großm. mitzuthelern, damit er zu dem, dazu er wegen seines großveterlichen ertheils berechtigt, vormittelst E. G. hülff vnd zuthat kommen moge, vnderthenigs vleisses vnd zum hochstem ersucht vnd gebethenn. Weil wir dann vnserer lieben vnderthanen jnn jren obligen vnd rechten gern gefurdert wissen wolenn, so sein wir jn solcher seiner zimlichen bieth zuwilfaren desto geneigter. Derwegen ist ann E. Großm. vnserer gnedigs sinnen vnd gonstiges begeren, E. Großm. wolle ehegenantem vnserem vnderthan furdertlich erscheinen. nichts weniger jnein, darzu er befugt, verhelffen, auch dieser vnser vorschriefft gunstighen geniessen lassen, damit er vmb souiel desto schleuniger zu dem berechtigten kommen mocht. Geben zu Königspergk, den 29. Januarii 1547.“ Wie Stanislaus Bojanowski dem Herzog unter dem 18. Mai 1549 schreibt, ist Severin Boner am 12. dieses Monats verstorben.

**) Maczinski hat sein Lexikon erst 1564 in Königsberg in der bekannten Daubmannschen Offizin können drucken lassen. Vergl. Wotschke, Abraham Calvensis. Altpreuß. Monatschrift XXXXII S. 230 ff und 246.

***) Johann, Graf von Taruow.

ago habeoque gratias, quod me admonere dignatur, ut tanti beneficii magnitudinem captum humanae mentis prorsus excedentem perpetuo mihi ante oculos propositam habeam, et roget etiam dominum pro me, ut quod imbecillitati mortalitatis nostrae negatum est, ipse spiritu suo adimpleat, qui agit omnia in omnibus, et suppeditet ea, quae ad gratitudinem tanti beneficii tuendam et proximi fidem aedificandam necessaria sunt. Christus dominus R. D^{no}m T. diutissime incolumem florentemque servet, cui me totum dedico atque consecro. Hoc scripsi, dum discederem Tiguro, die ultima decembris 1546.*)

XX.

Fragment eines Briefes Laskis an König Sigismund August**)

Non dubito, probe te adhuc memorem esse, rex inclyte, cum meum apud te nuncium habere vere provecto, atque is obiter sciscitaretur per illustrissimum principem d. Vilnensem palatinum, num meum hinc reditum ferre posses, siquidem se hic forte mihi legitima ulla christiana vocatio iuxta verbum dei offerret, hoc mihi abs te responsum fuisse datum, nempe meum mihi in patriam reditum abs te neque imperari, ne illius auctor dici posses, sed neque prohiberi etiam, quasi me hic ferre nolles. Sed si venire vellem, te pro tua in me clementia suadere, me ante Bartholomaei festum venire, tunc enim spes erat habenda esse comitia***), in quibus certi aliquid de religione statui debuisset, et imprimis curarem etiam, quantum omnino possem, ut a me omnem dissensionis ab Augustana confessione suspicionem in causa potissimum coenae dominicae publico aliquo testimonio depellerem.

*) Aus der Züricher Stadtbibliothek.

**) Dies Brieffragment, welches sich abschriftlich im Czartoryskischen Archiv zu Krakau befindet, trägt die Überschrift: Ioannis a Lasco apostatae epistola ad regem Sigismundum Augustum ex Anglia circa annum 1555.

***) Vgl. auch Vergers Brief aus Königsberg vom 30. Juli 1556 an Bullinger: Res Poloniae non ita fervent, ut putabantur. Sunt quidem nonnulli ex primoribus regni, qui fervent, sed florentissima est aposcoporum potentia et rex plane fovet eos cum toto papatu. Fient tamen comitia ad Bartholomaei festum, quibus ego quoque interero, si audiero serio fieri, spero me ante initium proximi anni in Suevia futurum, si deus voluerit. Erst zum ersten Adventssonntage 1556 berief indessen der König den Reichstag nach Warschau.

Nachtrag.

Als der erste Teil dieser Briefe des Herzogs an den polnischen Reformator bereits gedruckt war, gelang es mir, nicht nur das S. 337 erwähnte herzogliche Schreiben vom 28. Februar 1542 aufzufinden, sondern auch einen Brief Laskis an den königlichen Hofmeister und Kastellan von Lond, dann von Gnesen Peter Opalinski, den dieser Wilna, den 4. November 1533 nach Königsberg gesandt hat. Ferner besitzt das Königliche Staatsarchiv in Königsberg noch die Schreiben, welche der Herzog auf Grund des Briefes Laskis vom 10. September 1534 aus Kesmark an dessen Verwandten Nikolaus Russoszicki, den Kastellan von Bychow, sowie an den König richtete.*) Ich bringe diese Schreiben im Folgenden noch zum Abdruck wie auch zwei Briefe des Herzogs an zwei Freunde unseres Polen, an Wilhelm Gnapheus und Gerhard Westenburg, die in Tschackerts Urkundenbuch nicht erwähnt sind. Zweifellos hat Westenburg unter dem Einfluß Laskis dem Herzog am 5. Februar 1542 seine Dienste angeboten.

XXI.

Johann Laski an Peter Opalinski.

His paucis diebus a d. fratre Siradiensi palatino ternas habui literas, primas Constantinopoli 14. Augusti, alternas Adrianopoli die Martis post natiuitatis Mariae, postremas 24. Septembris Quinqueecelesiis datas, quibus in summa pacem inter istos principes Caesarem Turcarum et Ferdinandum regem confectam esse scribit, cui oratores regis Ferdinandi iureiurando assensere et nomine sui principis ratam et gratam firmiter tenere sponponderunt, nihilque iam restare, quam ut de ratione sartiendorum sumptuum deque dote Mariae transigatur idque per d. Gritti, si fieri possit, sin minus ut id fiat per ser. Poloniae regem nostrum, cui Turcus et decedenda moderandaque omnia permisit. Scribit praeterea se res cum publicas tum privatas ex sui animi sententia perfecisse neque unquam et tam acceptum illic et honorificentius absolutum esse, cuius huc adventum in tribus hebdomadibus expecto. Nova autem, quae habentur, ex hoc fragmento, quod illi mitto, Vra Magnif. omnia facile intelliget. Quam optime et feliciter valere cupio. Cracoviae 12. Octobris a. d. 1533.

*) Am 3. Oktober 1534 schreibt Herzog Albrecht dem Könige Sigismund und bittet um seinen Rat und seine Hilfe zur Befreiung des Hieronymus Laski.

XXII.

Herzog Albrecht an Nikolaus Russoszicki*)

Oblatae sunt nobis literae, quibus Magn. Vra dolendum casum adversamque fortunam spectabilis ac magnif. d. palatini Syradiensis nobis exponit. Nos tum ob sedula magnif. d. palatini erga nos servitia, tum quod Magn. Vrae nomine quaevis subire libenter solemus, nuntium nostrum ad vener. magnif. et nobilem d. Ioannem a Lasko, praepositum archiepiscopatus Gnisnensis, ablegavimus, qui si ei consultum videbitur, postea recta pergendo, si quis precibus atque precationibus relictus est locus, apud regem Ungariae nostro nomine pro d. palatino preces fundat**)
Regio monte Calend. Oct. 1534.

XXIII.

Herzog Albrecht an Johann und Stanislaus Laski.

Magnifice ac genereose amice sincere nobis dilecte. Non sine maximo dolore mortem magn. et gener. sincere nobis dilecti d. Hieronimi de Lasko, fratris et nostri et Magn. Vrae charissimi, ex nuntio nostro, quem literis mandatisque quibusdam ad magnif. suam ablegaveramus, intelleximus. Atque id eas maxime ob causas, quod propter eximias a deo sibi concessas dotes atque virtutes, cum non tantum singulari quadam eruditione sed etiam maximarum rerum experientia minime vulgari plurimum valuit, nobis fuerit charissimus, praeterea quod eximiam auctoritatem atque existimationem, in qua erat, apud caesarem, omnes reges, principes, status et ordines regni in honorem dei omnipotentis et nobis et universae reipublicae christianae multum commodi tribuere potessequae potuisset. Verum cum infinitis et immodicis querelis deum frustra urgeamus, imo potius laedamus, voluntate divina, qua cuncta reguntur et cui nemo reluctari nec debet nec potest,

*) Wegen des S. 344 erwähnten Betrugers des Johann Russoszicki vergl. des Herzogs Brief vom 6. Febr. 1544 an den Bychower Kastellan, als er ihm Glück zur Gesandtschaft nach Ungarn wünschte: Significamus Magn. Vrae nos filio eiusdem ad vehementem et subditam petitionem suam Magn. Vrae nomine, cum viatico se carere conquereretur, centum aureos mutuo dedisse, quos nobis intra festum paschatis a Magn. Vra renumerandos fore promisit. Am 4. August 1544 schreibt ihm der Herzog: Redditae sunt nobis Magn. Vrae literas in Borislauitz die Jacobi apostoli datae et nobis per proprium puerum transmissae, ex quibus intelleximus, quod Magn. Vra suum filium Joannem, quod nomine Vrae Magn. certam pecuniae summam a nobis mutuo sumpserit, in custodiam tradiderit.

**) Auch im Jahre 1541 wandte sich der Bychower Kastellan für seinen Verwandten Hieronymus Laski an Herzog Albrecht um Hilfe. Wilna, den 28. Juni schrieb er dem Herzog, der Gesandte des Sultans sei angekommen und habe auch über die Lage des Hieronymus Laski berichtet, Albrecht möge den König bestimmen, auf den Gesandten zu gunsten des Laski einzuwirken. Am 3. Juli verspricht ihm der Herzog in seinem Antwortschreiben seine ganze Hilfe.

nos contentos esse consultum videtur. Nascimur enim hac conditione omnes, ut aliquando semel moriamur. quemadmodum poeta ille venustissime inquit, vivinus et cunctos exitus unus habet. Speramus itaque et Magtiam Vram doctrina christiana singulariter imbutam, quod etiam ut faciat amice pieque monemus, iam omnem fristitiam propter mortem dicti fratris sui charissimi deposuisse, eo maxime accepto solatio, quod semper honeste ac pie vixerit christianissimeque, uti ex aliis certo comperimus et nobis auditu lectissimum fuit, diem suum clausurit nomenque ac gloriam post se sempiternam reliquerit, ut iam nihil dubitemus, imo firmissime credamus eum relicta hac vita miserabili et caduca ac vere valle lacrimarum cum omnibus sanctis atque electis gaudia possidere aeterna, ad quae deus omnipotens nos omnes ex mera divina sua gratia elementer perducere dignetur. Amen.

Sumus etiam ex nobili fideli nobis dilecto Asuero Brandt, servitore nostro, certiores facti praedictum d. palatinum Constantinopoli libellum quendam de variis rebus praesertim bellicis, quo pacto contra hostem christianae religionis infensissimum Turcam belligerandum, quis ordo et modus servandus, quomodo acies instruendae etc. composuisse, quorum omnium exemplar quoddam ad nos transmittere dicto Asuero promiserat, sed postea id ipsum Cracoviae in aliud tempus forte gravitate morbi sui impeditus distulit. Postquam autem harum rerum partim propter incunditatem partim etiam et maxime propter utilitatem studiosissimi avidissimique simus, praeterea nos etiam antea eiusmodi rerum per mutuam operam multum saepe invicem communicaverimus, amice postulamus, Magtia Vra nobis istius etiam libelli copiam facere velit, ut ea consilia de rebus maxime bellicis cum nostris et iis, quae antea a Magtiae Vrae fratre accepimus, conferre commode queamus. Nos dabimus operam, ut tale aliquando beneficium erga Magtiam Vram singulari gratia recompensare queamus, erit etiam eiusmodi libellus apud nos secretissimus et ne in cuiuspiam alterius peregrini manus deveniat, curabimus. Christus Magtiam Vram diu servet incolumem. Latae e Regio Monte 16. Februarii 1542.

 XXIV.

Herzog Albrecht an Wilhelm Gnapheus.

Accepimus literas tuas, docte simul ac nobis dilecte Guilielme, una cum elegantissima morosophi comoedia nostro nomine dedicata agimusque in primis gratias tibi haud vulgares, quod nos tali ac tam defaecato poemate ornaveris tam sententiarum gravitate decoro quam inventionis acumine per se lepido existente et festivo. Non agnoscimus autem beneficia tam magnifica in te tuosve quoquo modo collata, quibus fragrantissimum tuorum studiorum odorem, quo universa redolet Borussia, promeruissemus, sed dabimus elementer operam, ne tam studiosa animi tui in nos propensio splendido hoc liberali dono evidentissime testata aliquando intercidat, aboleatur vel sine remuneratione abolescat. Tuum iam erit curare, quo



et nostro aere typis excudatur.*) Sunt tui tibi passim in academiis discipuli tuae, ni fallimur, gloriae studiosi, quibus id oneris haud inopportune impones, ut navent operam, ne quid in sententiis mutetur vel negligatur, impensas quascunque tandem requiret, haud gravate appensuri.

Requirimus praeterea clementer a te, ut non studiosorum tantum tuae institutioni per nos commissorum adolescentium et secundiores studiorum profectus nobis perscribere, sed et rebellium et tuae ferulae obstrepentium contumaciam nobis aequè indicare velis, quo uberiorem illi gratiam, iustae vero nostrae indignationis isti poenam, utrique certe dignam tandem mercedem aliquando consequantur ac reportent.

Placet nobis nostri Suerini sedula diligentia, sed displicet plurimum tam odiosa Cannacheri**) pertinacia, ut et publicam sacri officii tui functionem insolentia sua prophanare veritus non sit. Male nos habet, quod nihil ad nos tanta de temeritate pueri perscriperis, nam persuademus nobis te illis connivere, si ea te suspiciatione liberum esse volueris, fac deinceps utrunque nobis indicare ne praetereas. Mallems siquidem potius ex te, cui res magis sunt perspectae, quam nostris ab exploratoribus audire. Non enim in te tantum, sed in nos eorum perviciatiam derivare arbitramur, qui tuae eos fidei ut probos, obaedientes ac optimis moribus institutos pueros commendavimus, hinc secus evenire iuste indignamur. Si qui praeterea tibi tam rebelles fuerint et ut mali catuli noxiis te impetere dentibus pervexerint, tuque pro illorum resipiscencia nullum non lapidem permoveris, remittantur contumaces tanquam ludi tui ac bonarum omnium artium indigni parentibus, quo ipsimet devorent tedia plus aequa eorum indulgentia concocta. Non desis tu ipsis tam fidus monitor quam diligens doctor, si qui sibi ipsis defuerint, excusatus tu eris coram deo ac hominibus. Haec te clementer admonere placuit. Etsi aliquando evenerit, ut in rem tuam aliquid clementer efficere nos posse speraveris, sponte et ultro non commitemus, ut ullum a nobis beneficii genus desideretur. Sed et in ornandis ac iuvandis studiis tuis semper nos alacres et propensissimos habebis. Haec ad tua scripta te, quem deo opt. max. commendamus, clementer latere nolimus. Dat. VI. Febr. 1540.

*) Die Schulkomödie „Morosophus, de vera ac personata sapientia comoedia“ erschien 1541 bei Rhode in Danzig.

**) An den Schüler Balthasar Cannacher ließ der Herzog unter dem 6. Febr. 1540 schreiben: Malum imo pessimum nobis de te nuper omen est significatum, te quoque in praeceptorem, qui tibi parentis loco est, amarissimis verbis ac diris imprecationibus exarsisse. Et haec publica in lectione, ubi maxima ecclesiastico velut coram concionatore modestia est observanda. Si enim levem libelli chartacei ob affectum tantam animi tui impotentiam evomeris ac furorem, quae nobis de te reliqua spes est?

XXV.


Herzog Albrecht an Gerhard Westerburg.

Accepimus Dignitatis Vestrae literas datas in Frisia orientali in civitate Emdlensi quinta die Februarii anni praesentis, quae nobis fuerunt gratissimae. Perspeximus enim ex illis Dign. Vra^m singulari quodam amore flagrare erga nos Prussiamque sibi animo haerere, tantopere scilicet olim laudatam et praedicatam, obferendo nobis insuper sua servitia, si quae nobis usui esse possint etc., pro quo quidem propenso suo erga nos ac Prussiae has terras animo atque studio Dign. Vrae summas agimus gratias daturi operam, ut istud erga Dign. Vra^m aliquando promereri queamus.


Caeterum quod scribit Dign. Vra gener. atque nobilem d. Wilhelmum comitem ab Eysenburck multa sibi de laudibus nostris praedicasse et quod is ansam quodammodo Dign. Vrae praebuerit, nos sane de rebus huiusmodi parum aut prorsus nihil gloriari possumus, nisi quod ex dei opt. max. benignitate veram religionem et eius cultum recte agnoscamus et omnes pios ac doctos homines, modo purae sint religionis, qualem Dign. Vra^m esse non dubitamus, et amare vehementer et singulari quadam clementia prosequi propensi simus.

Scribit porro Dign. Vra et causam indicat, quamobrem sese ex Colonia in Frisiam orientalem et civitatem Emdensem conferre compulsa sit qualesque cum sophistis et papistici regni satellitibus contenciones habuerit, eamque ob causam suum nobis obfert inserviendi studium ac voluntatem. Faceret profecto nobis Dign. Vra rem haud ingratham, si literis suis nobis significaret, qua conditione quemve in usum illi animus esset inserviendi nobis et quomodo eadem a nobis sustentari quove stipendio provideri cuperet, ut iis omnibus recte ac perspicue cognitis mentis deinde nostrae sententiam facilius eidem aperire possemus. Quicquid ergo Dign. Vra nunc sibi hac in parte faciendum censeat, de eo velit nos certiores reddere. Dabimus enim operam, ut his omnibus clare perspectis ac cognitis Dign. Vra, modo iustas nobis proponat conditiones cum nobis tum illi tollerabiles, et clemens et acceptum a nobis responsum impetrare queat.*) Atque haec Dign. Vrae ad literas suas respondere volumus, quae bene et feliciter valeat. Datae e Regio Monte VIII. Aprilis 1542.

*) Am 22. August. 1542 trat Westerburg in des Herzogs Dienst. Vergl. Tschackert I S. 326.



Biblioteka Główna UMK



300049313956